



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

CCXXXVI. Der Dechnat und pästliche Einnhemer Johann von Redekin  
quittirt den Domherrn Johann Dübel zu Stendal wegen des der päpstlichen  
Kammer mit 12 Ungar. Gulden gezahlten Halbscheids seiner ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

**CCXXXVI.** Der Dechant und päpstliche Einnehmer Johann von Redekin quittirt den Domherrn Johann Düvel zu Stendal wegen des der päpstlichen Kammer mit 12 Ungar. Gulden gezahlten Halbscheids seiner Präbende, am 10. Mai 1403.

Johannes de Redekin, decanus Magdeburgensis, fructuum et proventuum camere apostolice per prouinciam Magdeburgensem nec non ciuitatem et diocesim halbirstadensem debitorum Collector, — Vniuersitati vestre notum facimus per presentes, quod honorabilis vir magister Johannes Duuel, Canonicus ecclesie sancti nicolai in Stendal, halbirstadenensis diocesis, soluit nobis Johanni collectori predicto duodecim florenos vngaricales pro annata seu mediis fructibus Canonicatus et maioris prebende, quos in dicta ecclesia sancti nicolai auctoritate apostolica extitit assecutus, In hoc dictam Cameram certificando, quod annata seu medii fructus dictorum Canonicatus et prebende non excedunt summam pretaxatam. Quocirca nos Johannes Collector predictus dictum magistrum Johannem Duuel, bona sua, heredes, successores, canonicatum et prebendam antedictos de dictis duodecim florenis vngaricis, nobis ut premittitur solutis, absoluimus, quitamus et liberamus per presentes, huiusmodi litteras nostras sibi desuper in testimonium concedentes. Datum Magdeburg, Anno domini millesimo Quadringentesimo tercio, decima die mensis May, nostro sub sigillo presentibus appenso.

**CCXXXVII.** Markgraf Jobst genehmigt, daß zum Seelenheile des Propstes Dieterich Lang, der die Propstei auf eigene Kosten neu aufgebauet habe, alle seine Nachfolger jährlich eine Mark Silber zahlen sollen, am 30. Sept. 1403.

Nos Jodocus, dei gracia Marchio Brandenburgensis et dominus Morauie, Notum facimus tenore presencium vniuersis Quod personaliter in conspectu presencie nostre constitutus honorabilis vir Theodricus lang, prepositus Ecclesie sancti Nicolai in Stendel, Halberstadenensis diocesis, nobis diferta verborum ferie exponere curauit, quomodo domum prepositure sue post nactam ex nostra presentacione possessionem adeo ruinosam inuenerit et collapsam, quod notorie ad integrum radicatusque reparacione plurimum egeret sumptuosa, quod quoque tam pro sua et presertim successorum suorum mansione optabili quieta domum ipsam in commodosa moracionis habitacula sub proprio grauium expensarum sumptu erigere cepit, Diatim (sic) quoque plus et magis laborans ipsam operosa velit diligencia conseruare et reedificare in suam et successorum vtilitatem, ut est premissum, Sic tamen ex quo non in proprium duntaxat, verum in successorum patentem profectum in huiusmodi reedificanda domo sumptus faciet procul dubio non paruos, in fidelem tante exhibitionis recempensam, ut successores eiusdem singuli, cum eum cedere aut decedere contigerit, de fructibus, redditibus et prouentibus ipsius prepositure annis perpetue secuturis vnā marcā monete Stendlenensis in Canonicorum et vicariorum predictae ecclesie sancti nicolai porciones, pro vniuersariis\*) in remedium anime sue agendis dare inobmisse deberent et assignare: Super quo, ut accepimus, Capituli sui plenum obtinuit consensum, cui et nos, quantum in nobis esse cernitur, nostrum ad id generosum damus assensum. Si vero successores sui dictam marcā de prouentibus prepositure pro agendis huiusmodi anniuersariis annis singulis ordine prefato dandam

\*) sic in originali pro anniuersariis.